

**Pour les congrégations de la sainte Vierge**

— o —

**BEATISSIME PATER**

Franciscus Xaverius Wernz, Præpositus Generalis Societatis Jesu ad pedes S. V. humiliter provolutus, exponit quæ sequuntur : Ad magis magisque fovendam pietatem Sodalium Congregationum B. Mariæ Virg., nos jam plura sæcula obtinet singulis mensibus sorte ducendi nomen alicujus Cælestis Patroni, cui unusquisque Sodalium per totum mensem peculiarem cultum præstare conatur, et in ejus honorem ad S. Synaxim accedere studet. Quare humilis orator enixe supplicat S. V. ut Ipsa, per benignum SS. C. S. Officii Rescriptum, clementer in perpetuum concedere dignetur Plenariam Indulgentiam, defunctis quoque applicabilem, ab unoquoque ex Sodalibus lucrandam ea die, ejus arbitrio eligendam in singulis mensibus, qua, confessus, SS. Communionem receperit in honorem Cælestis Patroni, qui, ut supra, illi sorte obvenit, atque juxta Summi Pontificis intentiones pias ad Deum preces fuderit.

Et Deus etc.

*Die 14 Novembris 1912.*

*SS. mus D. N. D. Pius Div. Prov. PP. X., in Audientia R. P. D. Adessori S. Officii impertita, benigne annuit pro gratia in omnibus juxta preces, dummodo tamen præfati Sodales singulis mensis diebus in honorem Cælestis Patroni, ut supra, ter Orationem Dominicam cum Angelica Salutatione et Gloria Patri, etc., corde saltem contrito ac devote recitaverint. Contrariis quibuscumque non obstantibus.*

*M. Card. Rumpolla.*

L. ✠ S.

† D. Archiep. Seleucien.

*Ads. S. O.*

— o —

**Notes diocésaines**

— o —

Dimanche, le 5 janvier, dans la chapelle du Grand Séminaire, S. G. Mgr l'Administrateur a conféré l'ordination sacerdotale à M. l'abbé Jos. Benoît Saindon, du diocèse de Québec. Le